

## Export from the Library of Latin Texts - Series A

Exported at: 2012-04-29 07:39 (CET)  
© Brepols Publishers, Turnhout, 2011  
<http://www.brepolis.net>

### Query:

Include

Author

Liuius (Titus Liuius)

Containing word-forms

fatum, fati, fato, fata, factorum, fatis

### Results:

Selected for export: 39

Total: 39

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 1, cap. : 1, par. : 4, pag. : 4**

4 Aeneam ab simili clade domo profugum, sed ad maiora rerum initia ducentibus \*\*\* fatis \*\*\* primo in Macedoniam venisse, inde in Siciliam quaerentem sedes delatum, ab Sicilia classe ad Laurentem agrum tenuisse.

5 Troia et huic loco nomen est.

ibi egressi Troiani, ut quibus ab inmenso prope errore nihil praeter arma et naves superesset, cum praedam ex agris agerent, Latinus rex Aborigines que, qui tum ea tenebant loca, ad arcendam vim advenarum armati ex urbe atque agris concurrunt.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 1, cap. : 4, par. : 1, pag. : 7**

4 1 Sed debebatur, ut opinor, \*\*\* fatis \*\*\* tantae origo urbis maximi que secundum deorum opes imperii principium.

vi compressa Vestalis cum geminum partum edidisset, 2 seu ita rata, seu quia deus auctor culpae honestior erat, Martem incertae stirpis patrem nuncupat.

3 sed nec dii nec homines aut ipsam aut stirpem a crudelitate regia vindicant; sacerdos vincita in custodiam datur; pueros in profluentem aquam mitti iubet.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 1, cap. : 7, par. : 11, pag. : 11**

11 dextra Hercules data accipere se omen inpleturum que \*\*\* fata \*\*\* ara condita ac dicata ait.

12 ibi tum primum bove eximia capta de grege sacrum Herculi adhibitum ad ministerium dapem que Potitiis ac Pinariis, quae tum familiae maxime inclitae ea loca incolebant, factum.

13 forte ita evenit, ut Potitii ad tempus praesto essent iis que exta apponerentur, Pinarii extis adesis ad ceteram venirent dapem.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 1, cap. : 7, par. : 15, pag. : 11**

15 haec tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina suscepit, iam tum immortalitatis virtute partae, ad quam eum sua \*\*\* fata \*\*\* ducebant, fautor.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 1, cap. : 42, par. : 1, pag. : 48**

42 1 Nec iam publicis magis consiliis Servius quam privatis munire opes et ne, qualis Anci liberum animus adversus Tarquinium fuerat, talis adversus se Tarquini liberum esset, duas filias iuvenibus regiis, Lucio atque Arrunti Tarquiniis, iungit; 2 nec rupit tamen \*\*\* fati \*\*\* necessitatem humanis consiliis, quin invidia regni etiam inter domesticos infida omnia atque infesta faceret.

Peropportune ad praesentis quietem status bellum cum Veientibus - iam enim indutiae exierant - aliis que Etruscis sumptum.

3 in eo bello et virtus et fortuna enituit Tulli; fuso que ingenti hostium exercitu haud dubius rex, seu patrum seu plebis animos periclitaretur, Romam rediit.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 2, cap. : 44, par. : 11, pag. : 117**

nihil aliud opus esse quam indici ostendi que bellum; cetera sua sponte \*\*\* fata \*\*\* et deos gesturos. 12 hae spes Etruscos armaverant multis in vicem casibus victos victores que.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 3, cap. : 19, par. : 12, pag. : 160**

nescio quo \*\*\* fato \*\*\* magis bellantes quam pacati propitios habemus deos.

quantum periculum ab illis populis fuerit, si Capitolium ab exulibus obsessum scissent, suspicari de praeterito quam re ipsa experiri est melius'.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 3, cap. : 40, par. : 8, pag. : 180**

8 Ita labente iam causa decemvirorum L. Cornelius Maluginensis, M. Corneli decemviri frater, cum ex consularibus ad ultimum dicendi locum consulto servatus esset, simulando curam belli fratrem collegas que eius tuebatur, 9 quonam \*\*\* fato \*\*\* incidisset, mirari se dictitans, ut decemviros, qui decemviratum petissent, aut soli aut hi maxime oppugnarent; 10 aut quid ita, cum per tot menses vacua civitate nemo, iusti ne magistratus summae rerum praeessent, controversiam fecerit, nunc demum, cum hostes prope ad portas sint, civilis discordias serant, nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent, quid agatur.

11 ceterum - nec enim maiore cura occupatis animis verum esse praeiudicium rei tantae fieri - sibi placere de eo, quod Valerius Horatius que ante idus Maias decemviros abisse magistratu insimulent, bellis, quae immineant, perfectis, re publica in tranquillum redacta, 12 senatu disceptante agi et iam nunc ita se parare Ap. Claudium, ut comitorum, quae decemviris creandis decemvir ipse habuerit, sciat sibi rationem reddendam esse, utrum in unum annum creati sint, an donec leges, quae deessent, perferrentur.

13 in praesentia omnia praeter bellum omitti placere; cuius si falso famam volgatam vana que non nuntios solum, sed Tusculanorum etiam legatos adtulisse putent, speculatores mittendos censere, qui certius explorata referant; 14 sin fides et nuntiis et legatis habeatur, dilectum primo quoque tempore haberi et decemviros quo cuique eorum videatur exercitus ducere nec rem aliam praeverti.

**Titus Liuius - Ab urbe condita****liber : 3, cap. : 50, par. : 8, pag. : 190**

quod ad se adtineat, uxorem sibi \*\*\* fato \*\*\* ereptam, filiam, quia non ultra pudica victura fuerit, miseram, sed honestam mortem occubuisse; 9 non esse iam Appi libidini locum in domo sua; ab alia violentia eius eodem se animo suum corpus vindicaturum, quo vindicaverit filiae; ceteri sibi ac liberis suis consulerent.

10 Haec Verginio vociferanti succlamabat multitudo nec illius dolori nec suae libertati se defuturos. et inmixti turbae militum togati eadem illa querendo docendo que, quanto visa quam audita indigniora oportuerit videri, simul profligatam iam rem nuntiando Romae esse, 11 insecuti que, qui Appium prope interemptum in exilium abisse dicerent, perpulerunt, ut ad arma conclamaretur vellerent que signa et Romam proficiscerentur.

**Titus Liuius - Ab urbe condita****liber : 5, cap. : 15, par. : 4, pag. : 301**

4 sed propior interpretis \*\*\* fati \*\*\* oblati senior quidam Veiens, qui inter cavillantes in stationibus ac custodiis milites Romanos Etruscos que vaticinantis in modum cecinit, priusquam ex lacu Albano aqua emissa foret, numquam potiturum Veis Romanum.

5 quod primo velut temere iactum sperni; agitari deinde sermonibus coeptum est, donec unus ex statione Romana percunctatus proximum oppidanorum, iam per longinquitatem belli commercio sermonum facto, quisnam is esset, qui per ambages de lacu Albano iaceret, 6 postquam audivit haruspitem esse, vir haud intacti religione animi, causatus de privati portenti procuratione, si operae illi esset, consulere velle, ad conloquium vatem elicit.

7 cum que progressi ambo a suis longius essent inermes sine ullo metu, praevalens iuvenis Romanus senem infirmum in conspectu omnium raptum nequiquam tumultuantibus Etruscis ad suos transtulit.

**Titus Liuius - Ab urbe condita****liber : 5, cap. : 16, par. : 8, pag. : 303**

8 iam que Romani desperata ope humana \*\*\* fata \*\*\* et deos spectabant, cum legati ab Delphis venerunt sortem oraculi adferentes congruentem responso captivi vatis: 9 'Romane, aquam Albanam cave lacu contineri, cave in mare manare suo flumine sinas; emissam per agros rigabis dissipatam que rivis extingues; 10 tum tu insiste audax hostium muris memor, quam per tot annos obsides urbem, ex ea tibi his, quae nunc panduntur, \*\*\* fati \*\*\* victoriam datam.

11 bello perfecto donum amplum victor ad mea templa portato sacra que patria, quorum omnia cura est, instaurata, ut adsolet, facito'.

**Titus Liuius - Ab urbe condita****liber : 5, cap. : 19, par. : 1, pag. : 305**

XIX. 1. Iam ludi Latinae que instauratae erant, iam ex lacu Albano aqua emissa in agros, Veios que \*\*\* fata \*\*\* adpetebant.

2 igitur fatalis dux ad excidium illius urbis servandae que patriae M. Furius Camillus dictator dictus magistrum equitum P. Cornelium Scipionem dixit.

3 Omnia repente mutaverat imperator mutatus: alia spes, alius animus hominum, fortuna quoque alia urbis videri.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 5, cap. : 22, par. : 8, pag. : 309**

8 Hic Veiorum occasus fuit, urbis opulentissimae Etrusci nominis, magnitudinem suam vel ultima clade indicantis, quod decem aestates hiemes que continuas circumsessa, cum plus aliquanto cladum intulisset quam accepisset, postremo iam \*\*\* fato \*\*\* quoque urgente operibus tamen, non vi expugnata est.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 5, cap. : 32, par. : 7, pag. : 320**

neque deorum modo monita ingruente \*\*\* fato \*\*\* sprete, sed humanam quoque opem, quae una erat, M. Furium ab urbe amovere.

8 qui, die dicta ab L. Apuleio tribuno plebis propter praedam Veientanam, filio quoque adolescente per idem tempus orbatum cum accitis domum tribulibus et clientibus, quae magna pars plebis erat, percunctatus animos eorum responsum tulisset, se conlaturos quanti damnatus esset, 9 absolvere eum non posse, in exilium abiit, precatus ab diis immortalibus, si innoxio sibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore desiderium sui civitati ingratae facerent.  
absens quindecim milibus gravis aeris damnatur.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 5, cap. : 36, par. : 6, pag. : 324**

6 ibi iam urgentibus Romanam urbem \*\*\* fati \*\*\* legati contra ius gentium arma capiunt. nec id clam esse potuit, cum ante signa Etruscorum tres nobilissimi fortissimi que Romanae iuventutis pugnarent; tantum eminebat peregrina virtus.  
7 quin etiam Q. Fabius evectus extra aciem equo ducem Gallorum ferociter in ipsa signa Etruscorum incursantem per latus transfixum hasta occidit; spolia que eius legentem Galli agnovere, per que totam aciem Romanum legatum esse signum datum est.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 5, cap. : 40, par. : 2, pag. : 328**

2 digredientibus, qui spem omnem atque opem se cum ferebant, ab iis, qui captae urbis non superesse statuerant exitio, 3 cum ipsa res species que miserabilis erat, tum muliebris fletus et concursatio incerta nunc hos nunc illos sequentium rogitantium que viros natos que, cui se \*\*\* fato \*\*\* darent, nihil, quod humani superesset mali, relinquebant.

4 magna pars tamen earum in arcem suos persecutae sunt nec prohibente ullo nec vocante, quia, quod utile obsessis ad minuendam inbellem multitudinem, id parum humanum erat.

5 alia maxime plebis turba, quam nec capere tam exiguus collis nec alere in tanta inopia frumenti poterat, ex urbe effusa velut agmine iam uno petiit Ianiculum.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 8, cap. : 6, par. : 11, pag. : 456**

11 Hos ubi nocturnos visus inter se consules contulerunt, placuit averruncandae deum irae victimas caedi, simul ut, si extis eadem, quae in somnio visa fuerant, portenderentur, alteruter consulum \*\*\* fata \*\*\* inpleret.

12 ubi responsa haruspicum insidenti iam animo tacitae religioni congruerunt, tum adhibitis legatis

tribunis que et imperiis deum propalam expositis, ne mors voluntaria consulis exercitum in acie terreret, 13 comparant inter se, ut, ab utra parte cedere Romanus exercitus coepisset, inde se consul devoveret pro populo Romano Quiritibus que.

14 Agitatum etiam in consilio est, ut, si quando umquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc utique disciplina militaris ad priscos redigeretur mores.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 8, cap. : 7, par. : 8, pag. : 457**

8 Movet ferocem animum iuvenis seu ira seu detractandi certaminis pudor seu inxsuperabilis vis \*\*\* fati. \*\*\*

oblitus itaque imperii patrii consulum que edicti praeceps ad id certamen agitur, quo vinceret an vinceretur haud multum interesset.

9 equitibus ceteris velut ad spectaculum summotis spatio, quod vacui interiacebat campi, adversos concitant equos; et cum infestis cuspidibus concurrissent, Manli cuspis super galeam hostis, Maeci trans cervicem equi elapsa est.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 8, cap. : 7, par. : 10, pag. : 458**

ad cuius vulneris sensum cum equus prioribus pedibus erectis magna vi caput quateret, 11 excussit equitem, quem cuspidem parma que innixum attollentem se ab gravi casu Manlius ab iugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terrae adfixit; 12 spoliis que lectis ad suos revectorum cum ovante gaudio turma in castra atque inde ad praetorium ad patrem tendit, ignarus \*\*\* fati \*\*\* futuri que, laus an poena merita esset.

13 'Ut me omnes' inquit, 'pater, tuo sanguine ortum vere ferrent, provocatus equestria haec spolia capta ex hoste caeso porto'.

14 quod ubi audivit consul, extemplo filium aversatus contionem classico advocari iussit.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 8, cap. : 24, par. : 2, pag. : 479**

2 accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam aquam Pandosiam que urbem; ibi \*\*\* fati \*\*\* eius terminum dari.

3 eo que ocius transmisit in Italiam, ut quam maxime procul abesset urbe Pandosia in Epiro et Acheronte amni, quem ex Molosside fluentem in stagna inferna accipit Thesprotius sinus.

4 ceterum ut ferme fugiendo in media \*\*\* fata \*\*\* ruitur, cum saepe Bruttias Lucanas que legiones fudisset, Heracleam Tarentinorum coloniam ex Lucanis, Sipontum Apulorum Consentiam que Bruttiorum ac Terinam, alias inde Messapiorum ac Lucanorum cepisset urbes et trecentas familias inlustres in Epirum, quas obsidum numero haberet, 5 misisset, haud procul Pandosia urbe, imminente Lucanis ac Bruttiis finibus, tris tumulos aliquantum inter se distantes insedit, ex quibus incursiones in omnem partem agri hostilis faceret; 6 et ducentos ferme Lucanorum exules circa se pro fidis habebat, ut pleraque eius generis ingenia sunt, cum fortuna mutabilem gerentes fidem.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 8, cap. : 24, par. : 4, pag. : 479**

4 ceterum ut ferme fugiendo in media \*\*\* fata \*\*\* ruitur, cum saepe Bruttias Lucanas que legiones fudisset, Heracleam Tarentinorum coloniam ex Lucanis, Sipontum Apulorum Consentiam que Bruttiorum ac Terinam, alias inde Messapiorum ac Lucanorum cepisset urbes et trecentas familias

inlustres in Epirum, quas obsidum numero haberet, 5 misisset, haud procul Pandosia urbe, inminente Lucanis ac Bruttiiis finibus, tris tumulos aliquantum inter se distantes insedit, ex quibus incursiones in omnem partem agri hostilis faceret; 6 et ducentos ferme Lucanorum exules circa se pro fidis habebat, ut pleraque eius generis ingenia sunt, cum fortuna mutabilem gerentes fidem.

7 Imbres continui campis omnibus inundatis cum interclusissent trifariam exercitum a mutuo inter se auxilio, duo praesidia, quae sine rege erant, inproviso hostium adventu opprimuntur; deletis que eis ad ipsius obsidionem omnes conversi.

8 inde ab Lucanis exulibus ad suos nuntii missi sunt, pacto que reditu promissum est regem aut vivum aut mortuum in potestatem daturus.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 8, cap. : 24, par. : 11, pag. : 480**

quod ubi ad aures accidit regis, adiecit extemplo animum \*\*\* fatis \*\*\* suis substitit que dubius, an transiret.

12 tum Sotimus, minister ex regiis pueris, quid in tanto discrimine periculi cunctaretur, interrogans, indicat Lucanos insidiis quaerere locum.

13 quos ubi respexit rex procul grege facto venientes, stringit gladium et per medium amnem transmittit equum; iam que in vadum egressum eminus veruto Lucanus exul transfigit.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 9, cap. : 1, par. : 5, pag. : 501**

res hostium in praeda captas, quae belli iure nostrae videbantur, remisimus; 6 auctores belli, quia vivos non potuimus, perfunctos iam \*\*\* fato \*\*\* dedidimus; bona eorum, ne quid ex contagione noxae remaneret penes nos, Romam portavimus.

7 quid ultra tibi, Romane, quid foederi, quid dis arbitris foederis debeo?  
quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum iudicem feram?

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 9, cap. : 18, par. : 17, pag. : 524**

17 invictus ergo Alexander cum invictis ducibus bella gessisset et eadem fortunae pignora in discrimen detulisset; 18 immo etiam eo plus periculi subisset, quod Macedones unum Alexandrum habuissent, multis casibus non solum obnoxium sed etiam offerentem se, 19 Romani multi fuissent Alexandro vel gloria vel rerum magnitudine pares, quorum suo quisque \*\*\* fato \*\*\* sine publico discrimine viveret moreretur que.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 10, cap. : 8, par. : 2, pag. : 571**

2 decenviros sacris faciundis, carminum Sibyllae ac \*\*\* fatorum \*\*\* populi huius interpretes, antistites eosdem Apollinaris sacri caerimoniarum que aliarum plebeios videmus.

3 nec aut tum patriciis ulla iniuria facta est, cum duumviris sacris faciundis adiectus est propter plebeios numerus, et nunc tribunus, vir fortis ac strenuus, quinque augurum loca, quattuor pontificum adicit, in quae plebei nominentur, 4 non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adiuvent vos homines plebei divinis quoque rebus procurandis, sicut in ceteris humanis pro parte virili adiuvant.

5 noli erubescere, Appi, collegam in sacerdotio habere, quem in censura, quem in consulatu collegam habere potuisti, cuius tam dictatoris magister equitum quam magistri equitum dictator esse potes.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 10, cap. : 28, par. : 12, pag. : 597**

12 vociferari Decius, quo fugerent quam ve in fuga spem haberent; obsistere cedentibus ac revocare fusos; deinde, ut nulla vi percussos sustinere poterat, 13 patrem P. Decium nomine conpellans 'quid ultra moror' inquit 'familiarie \*\*\* fatum? \*\*\*

datum hoc nostro generi est, ut luendis periculis publicis piacula simus; iam ego me cum hostium legiones mactandas Telluri ac dis Manibus dabo'.

14 haec locutus M. Livium pontificem, quem descendens in aciem digredi vetuerat ab se, praeire iussit verba, quibus se legiones que hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 10, cap. : 29, par. : 3, pag. : 598**

3 at ex parte altera pontifex Livius, cui lictores Decius tradiderat iusserat que pro praetore esse, vociferari vicisse Romanos, defunctos consulis \*\*\* fato; \*\*\* 4 Gallos Samnites que Telluris matris ac deorum Manium esse, rapere ad se ac vocare Decium devotam se cum aciem furiarum que ac formidinis plena omnia ad hostes esse.

5 superveniunt deinde his restituentibus pugnam L. Cornelius Scipio et C. Marcius cum subsidiis ex novissima acie iussu Q. Fabi consulis ad praesidium collegae missi.

ibi auditur P. Deci eventus, ingens hortamen ad omnia pro re publica audenda.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 21, cap. : 22, par. : 9, pag. : 21, linea : 24**

9 tum, quae moles ea quid ve prodigii esset, quaerentem audisse, vastitatem Italiae esse: pergeret porro ire nec ultra inquireret sineret que \*\*\* fata \*\*\* in occulto esse.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 22, cap. : 43, par. : 8, pag. : 116, linea : 29**

8 cum utriusque consulis eadem quae ante semper fuisset sententia, ceterum Varroni fere omnes, Paulo nemo praeter Servilium prioris anni consulem adsentiretur, 9 <ex> maioris partis sententia ad nobilitandas clade Romana Cannas urgente \*\*\* fato \*\*\* profecti sunt.

10 prope eum vicum Hannibal castra posuerat aversa a Volturmo vento, qui campis torridis siccitate nubes pulveris vehit.

11 id cum ipsis castris percommodum fuit, tum salutare praecipue futurum erat, cum aciem dirigerent, ipsi aversi, terga tantum adflante vento, in occaecatum pulvere effuso hostem pugnaturi.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 25, cap. : 6, par. : 6, pag. : 100, linea : 2**

6 sine, quaeso, priusquam de condicione nostra queror, noxam, cuius arguimur, nos purgare si non deum ira nec \*\*\* fato, \*\*\* cuius lege immobilis rerum humanarum ordo seritur, sed culpa periimus ad Cannas, cuius tandem ea culpa fuit?

7 militum an imperatorum? equidem miles nihil umquam dicam de imperatore meo, cui praesertim

gratias sciam ab senatu actas, quod non desperaverit de re publica, cui post fugam a Cannis per omnes annos prorogatum imperium.

8 ceteros item ex reliquiis cladis eius, quos tribunos militum habuimus honores petere et gerere et provincias obtinere audivimus.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 25, cap. : 16, par. : 4, pag. : 112, linea : 24**

4 cum haruspices ad imperatorem id pertinere prodigium praemonuissent et ab occultis cavendum hominibus consultis que, nulla tamen providentia \*\*\* fatum \*\*\* imminens moveri potuit.

5 Flavus Lucanus fuit caput partis eius Lucanorum - cum pars ad Hannibalem defecisset -, quae cum Romanis stabat, et iam <altero> anno in magistratu erat, ab iisdem illis creatus praetor.

6 is mutata repente voluntate locum gratiae apud Poenum quaerens neque transire ipse neque trahere ad defectionem Lucanos satis habuit, nisi imperatoris et eiusdem hospitis proditi capite ac sanguine foedus cum hostibus sanxisset.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 26, cap. : 13, par. : 17, pag. : 14, linea : 9**

17 itaque quibus uestrum ante \*\*\* fato \*\*\* cedere quam haec tot tam acerba uideant in animo est, iis apud me hodie epulae instructae paratae que sunt.

18 satiatis uino cibo que poculum idem quod mihi datum fuerit circumferetur; ea potio corpus a cruciatu, animum a contumeliis, oculos aures a uidendis audiendis que omnibus acerbis indignis que quae manent uictos uindicabit.

parati erunt qui magno rogo in propatulo aedium accenso corpora exanima iniciant.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 26, cap. : 29, par. : 9, pag. : 30, linea : 5**

inter ipsos consules permutatio prouinciarum, rapiente \*\*\* fato \*\*\* Marcellum ad Hannibalem, facta est, 10 ut ex quo primus post <aduersa omnia haud> aduersae pugnae gloriam ceperat, in eius laudem postremus Romanorum imperatorum prosperis tum maxime bellicis rebus caderet.

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 26, cap. : 41, par. : 9, pag. : 41, linea : 30**

ea \*\*\* fato \*\*\* quodam data nobis sors est, ut magnis omnibus bellis uicti uicerimus.

10 uetera omitto, Porsennam Gallos Samnites; a Punicis bellis incipiam.

quot classes, quot duces, quot exercitus priore bello amissi sunt! iam quid hoc bello memorem?

#### **Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 29, cap. : 10, par. : 8, pag. : 67, linea : 17**

8 itaque quo maturius \*\*\* fatis \*\*\* ominibus oraculis que portententis sese uictoriae compotes fierent, id cogitare atque agitare, quae ratio transportandae Romam deae esset.

Nullas dum in Asia socias ciuitates habebat populus Romanus:



**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 30, cap. : 30, par. : 2, pag. : 128, linea : 29**

2 paulisper alter alterius conspectu, admiratione mutua prope attoniti, conticuere; tum Hannibal prior: 'Si hoc ita \*\*\* fato \*\*\* datum erat, ut qui primus bellum intuli populo Romano quique totiens prope in manibus uictoriam habui, 3 is ultro ad pacem petendam uenirem, laetor te mihi sorte potissimum datum a quo peterem.

4 tibi quoque inter multa egregia non in ultimis laudum hoc fuerit, Hannibalem, cui de tot Romanis ducibus uictoriam di dedissent, tibi cessisse, te que huic bello uestris prius quam nostris cladibus insigni finem imposuisse.

5 hoc quoque ludibrium casus ediderit fortuna, ut cum patre tuo consule ceperim arma, cum eodem primum Romano imperatore signa contulerim, ad filium eius inermis ad pacem petendam ueniam.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 31, cap. : 48, par. : 12, pag. : 62**

data \*\*\* fato \*\*\* etiam quodam Furiae genti Gallica bella.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 42, cap. : 11, par. : 5, pag. : 64**

5 haec <se> cum uolutantem in animo oppressum \*\*\* fato \*\*\* regnum ei reliquisse quem infestissimum esse sensisset Romanis.

itaque Persea hereditarium <a> patre relictum bellum, et simul cum imperio traditum, + iamiam primum + alere ac fouere omnibus consiliis.

6 florere praeterea iuuentute, quam stirpem longa pax ediderit, florere opibus regni, florere etiam aetate.

**Titus Liuius - Ab urbe condita**

**liber : 42, cap. : 52, par. : 6, pag. : 128**

6 cohortatus est milites ad bellum; iniurias populi Romani in patrem se <que> commemorauit: 7 illum omnibus indignitatibus compulsus ad rebellandum, inter apparatus belli \*\*\* fato \*\*\* oppressum; ad se simul legatos simul milites ad occupandas Graeciae urbes missos.

8 fallaci deinde conloquio per speciem reconciliandae pacis extractam hiemem, ut tempus ad comparandum haberent; consulem nunc uenire cum duabus legionibus Romanis, quae <singulae sena milia peditum> trecenos equites habeant, et pari ferme numero sociorum peditum equitum que.

9 eo ut accedant regum auxilia, Eumenis et Masinissae, non plus + septem + milia peditum duo equitum futura.

**Background on the text**

Liuius (Titus Liuius)

59 a. Chr. - 17 p. Chr.

Ab urbe condita - s. 1 p.C. (terminus ad quem)

LLA 251 - TLL LIV.

W. Weissenborn et M. Müller, 1932; T.A. Dorey , 1971, 1976; P.G. Walsh, 1986, 1989; J. Briscoe, 1986, 1991 (cfr infra)

Summa formarum: 514372

Summa formarum dissimilium: 46241

Summa notarum (bytes): 3640626

- éditions retenues:

. Libri I-X: ed. W. Weissenborn et M. Müller, 1932,

. Libri XXI-XXII: ed. T.A. Dorey 1971,

. Libri XXIII-XXV: ed. T.A. Dorey 1976,

. Libri XXVI-XXVII: ed. P.G. Walsh, 1989,

. Libri XXVIII-XXX: ed. P.G. Walsh, 1986,

. Libri XXXI-XL: ed. J. Briscoe, 1991,

. Libri XLI-XLV: ed. J. Briscoe, 1986.

- Le premier livre de l' 'Ab urbe condita' a été publié entre 27 et 25 av. J.-Chr. La 'periocha' du livre 121 indique que celui-ci a dû être publié (comme tous les livres suivants) après la mort d'Auguste. Il se peut que les derniers livres aient connu une publication posthume.

- La tradition manuscrite directe a conservé les livres 1-10 ainsi que les livres 21-45 (avec des lacunes).

Un fragment du livre 91 est conservé par un manuscrit palimpseste. Il peut être consulté sous l'entrée: 'Titus Liuius - Ab urbe condita (fragmentum in cod. palimps. Uaticano seruatum)'.

- The following editions were used:

. Libri I-X: ed. W. Weissenborn et M. Müller, 1932,

. Libri XXI-XXII: ed. T.A. Dorey 1971,

. Libri XXIII-XXV: ed. T.A. Dorey 1976,

. Libri XXVI-XXVII: ed. P.G. Walsh, 1989,

. Libri XXVIII-XXX: ed. P.G. Walsh, 1986,

. Libri XXXI-XL: ed. J. Briscoe, 1991,

. Libri XLI-XLV: ed. J. Briscoe, 1986.

- The first book of the 'Ab urbe condita' was published between 27 and 25 BCE. The 'periocha' of book 121 indicates that it, like all of the subsequent books, must have been published after the death of Augustus. It is possible that the last books were published posthumously.

- The direct manuscript tradition preserves books 1-10 and, with some lacunae, books 21-45. A

fragment of book 91 is preserved in a palimpsest. It can be consulted under the entry 'Titus Liuius - Ab urbe condita (fragmentum in cod. palimps. Uaticano seruatum)'.